

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1879**

1246 - 1247

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

effectum perducere concessit ecclesie memorate, ut de duobus ortis contiguis sitis in superiori parte rivuli, qui dicitur Kettenstege, prope molendinum ejusdem tam diu censum quinque solidorum annuatim perciperet, donec tantumdem pensionis de proprietate aliqua eidem ecclesie alibi compensaret. ad cujus facti evidenciam presentem paginam sigilli nostre civitatis roboravimus inpressione. actum hiis presentibus: Walthero filio Ortliebi, Hugone et Burkardo filiis Ripelini et Alberto de Stabulo.

*T aus Straßb. Tom. A. Registrande A fol. 117<sup>b</sup> um 1400 geschrieben. Mit Rücksicht darauf, daß Erbo 1246 als Bürgermeister fungirt und seit 1236 Walther im Schultheißenamt erscheint (cfr. nr. 249), wohl in das Jahr 1246 zu setzen.*

10

**309.** *Pabst Innocenz IV gestattet dem Bischof von Straßburg, Straßburger Bürgern, die den mit den Anhängern Kaiser Friedrichs II geschlossenen Waffenstillstand verletzt haben, Absolution zu ertheilen. 1247 Januar 28 Lyon.*

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabili fratri . . . episcopo Argentinensi salutem et apostolicam benedictionem. cum, sicut te accepimus intimante, cives tui, durantibus treugis inter ipsos ex parte una et quosdam fautores F[riderici] quondam imperatoris ex altera initis et juramento firmatis, treugas ipsas non servaverint, sed graviter processerint contra eos, propter quod perjuri se timent incurrisse reatum, nos devotionis tue precibus inclinati absolvendi eos ab hiis plenam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem. datum Lugduni 5 kalendas februarii, pontificatus nostri anno quarto.

*S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. Corp. A lad. 3<sup>a</sup> or. mb. c. bulla pend. Auf der Rückseite von gleicher Hand Peregrinus, darunter Rescript[um], wie es scheint, von anderer Hand.*

*Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 22<sup>a</sup> ibid. bei Schöpflin Als. dipl. I, 395 nr. 523. — Potthast Reg. pontif. nr. 12403.*

25

**310.** *Pabst Innocenz IV verspricht dem Bischof und den Bürgern von Straßburg, daß sie in einen etwaigen Friedensschluß der Kirche mit Kaiser Friedrich II sicher einbegriffen werden. 1247 Januar 28 Lyon.*

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabili fratri . . . episcopo et dilectis filiis civibus Argentinensibus salutem et apostolicam benedictionem. ut in negotio ecclesie, quod assumpsistis ex animo prosequendum, de quo vobis gratiarum referimus actiones, sitis firmi nullatenus hesitantes, devotionis vestre precibus inclinati scire vos pro certo volumus et tenere, quod, si contingat inter ecclesiam et F[ridericum] quondam imperatorem pacem aliquo tempore reformari, quod numquam erit eo remanente imperatore vel rege, vos ecclesia in pace ponet eadem. datum Lugduni 5 kalendas februarii, pontificatus nostri anno quarto.

*S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. Corp. A lad. 3<sup>a</sup> or. mb. c. bulla pend. mit denselben Dorsualnotizen wie nr. 309.*

*Gedruckt darnach bei Wencker Appar. et instr. archiv. p. 163 nr. 4. = Laguille pr. p. 39 = Huillard-Bréholles Hist. dipl. Frider. sec. VI, 489. — Potthast Reg. pontif. nr. 12404.*

40